



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

6. De exercitio Disciplina per annuas circuitiones Præmonstratensium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

CAPVT XI.

*De exercitio Discipline per annuas circuitiones ex
veteri more & consuetudine nobilium Canoni-
corum Præmonstrensiū ex eorun-
dem Statutis.*

Quolibet anno in generali Capitulo Visitato-
res & antiqui Circuitores, vel alij noui ad
visitandum prout Abbati Præmonstratensi vel Ca-
pitulo generali expedire videbitur, assuman-
tur. Præfati autem Visitatores, cum ad Ecclesiam
visitandam accesserint, diligenter inquirant; quæ
correctione nouerint indigere; corrigendo, quæ
per eos fuerint corrigenda, & referendo fide-
liter, quæ ad generale Capitulum fuerint referen-
da, præmissis prius literis, per quas Abbas & Con-
uentus certi sint de eorum aduentu, vt vocare
possint fratres extra Abbatiam manentes, si ex
certa causa fuerint vocandi Prouiso, quod si quis
Canonicorum vel Conuersorum, eo anno pro-
pter causam minus rationabilem ad aliquam Ec-
clesiam sit emissus, ipsum faciant ad domum, à
qua emissus fuerat reuocari, illi, qui eum emise-
rit, poena imposita competenti. Die autem In-
troitus huiusmodi Visitorum, mox cum Præ-
latus Monasterij Visitandi eosdem in portam in-
troiisse cognouerit, ad claustrum seu ostium
Ecclesię, vbi conuentus propterea erit congrega-
tus, venire festinabit, vt ipsis Visitoribus isthic
aduenientibus ipsam Ecclesiam, legentes psal-
mum,

mm,

mum, lætatus sum, simul intuent, & cum in Cho-
 rum peruenerint finito psalmo subiungatur Glo-
 ria Patri, Kyrieleison, Pater noster, & ne nos in-
 ducas. Versic. Saluos fac seruos tuos. Dominus
 vobiscū. Oremus. Prætende domine familiæ tuæ,
 &c. ab hebdomodario dicenda. Iphis Visitatori-
 bus super gradum presbyterij genuflexis, Abba-
 te verò & conuentu in suis locis prostratis inte-
 rim manentibus, quo facto diuertant se ad loca
 designata. Altera autem die sint ad Primam in
 Choro primum ibidem stallum & vbiq; loco-
 rum tenentes, & cum ad preces deuentum fuerit
 dicat senior eorum Confiteor, Misereatur, In-
 dulgentiam; Similiter & in Completorio, quo-
 tiens eos ei interesse contigerit. Congregatis igi-
 tur fratribus Ecclesiæ, quæ visitatur in Capitulo
 & eiusdem Prælato præsentem præmissis à Seniore
 Visitatorum Benedicite, & responso Dominus,
 fiat aliqua de obseruatione propositi nostri de o-
 bedientia, de proprij Pastoris reuerentia exhor-
 ratio. & lectis deinde literis Capituli generalis
 præcipiant, vt de Prælato, de seipsis adinuicem,
 de conuersis, de totius Ecclesiæ statu, quicquid
 super his; de quibus fuerint interrogati, accusa-
 tione vel emendatione dignum cognouerint, sin-
 guli sincere, nullatenus amore, vel odio seu ri-
 more cuiusquam, aliave quacunque occasione ve-
 ritate suppressa exprimant, ne cum graui etiam
 periculo animarum grauem incurrant, ordinis
 Disciplinam edoceant euidenter, limitatione ta-
 men Capituli sequenti semper salua, facto aut
 præcepto & allata præcedentium Visitatorum
 char-

charta, & in conspectu omnium lecta, finitoque
 Capitulo Visitatores ipsi à singulis seorsim ibidè,
 aut alias in loco ad hoc eis deputato, quæ fuerint
 inquirenda, diligenter inquirent. Primò si præce-
 dens Visitatio bene fuerit obseruata, & quem in
 non seruando inueniat culpabilem, siue prælatus
 sit siue subditus, tanquam Deo & prælato & ge-
 nerali Capitulo inobedientem grauitè puniant.
 attentè etiam & sollicitè, non obstante aliqua be-
 neuolentia, quæ aliquando in subuersionem re-
 ligionis exhibetur, inquirent de prælati negligèn-
 tia, si corrigat excessus, si sit carnalis vel sæcula-
 ris, si det bonum exemplum subiectis & subditis
 in frequentanda Ecclesia quando potest, in absti-
 nentia & alijs obseruantijs ordinis, si Statuta Or-
 dinis & Capituli faciat obseruari, si per ipsum
 vigeat aut deficiat Disciplina in Monasterio, si
 feruenter reprehendat ea, quæ sunt inordinatè,
 vel finimis euagetur, & sine acceptione persona-
 rum negligentias & excessus, quos inuenerit, pu-
 niat. Postmodum interrogetur de pace prælati &
 subditorum, quod si dixerint nõ esse pacem, cau-
 sa cum omni studio inquiretur, eaque cognita,
 qui puniendi fuerint, legitimè puniantur. Dein-
 de interrogetur quomodo & qualiter tam fra-
 tres, quam conuersi se habeant in ordinis obser-
 uantijs, scilicet in non habendo propria, in tenen-
 do silentium, in continentia, in proprij Pastoris
 obedientia, in eiusdem suaque adinuicem reue-
 rentia, in veniendo ad Ecclesiam in celebrando di-
 uinum officium, in abstinentijs, si in colloquio
 adinuicem & cum hospitibus, si in non petenda

Hh

licen:

licentia, si cum secularibus, cū familiaribus con-
 uersis, seu alijs quibuscunque religioni debitam
 seruent honestatem, si detractiones & murmu-
 ra fugiant, si laudabiliter in Capitulo culpas cō-
 fiteantur, si in reprehensione sint humiles & in
 emendatione tractabiles, est sollicitè perquiren-
 dum. Pro temporalium quoque statu cognoscen-
 do diligenter inquiretur, an domus sit grauata
 debitis & quantis non tamen cui vel quibus pecu-
 liariter debet. Si igitur Domus inueniatur debi-
 tes grauata, nulla rationabili causa apparens,
 quæ Prælatum excuset, in ipsum culpa redundet.
 Super præmissis omnib. sigillatim à singulis fra-
 tribus & conuersis inquisitio tam de Abbate quàm
 de seipsis adinuicem cum omni studio facienda.
 Omnibus igitur, quæ præmissa sunt, expediendis
 Visitatores debita seorsim deliberatione præha-
 bita modum legitimum sua sententia imponen-
 tis quæ de manifestis & publicis excessibus scri-
 benda, vel etiam reformatione domus & hone-
 state ordinis ordināda decreuerint, in charta sua
 scribant, considerataque diligenter Charta præ-
 cedentium Visitorum quicquid inuenerint in
 ea obseruandum, in sua apponant, & præcedens
 deleatur, ipsamque chartam sub sigillis suis re-
 linquant penes Priores in domibus visitatis, ut
 ordinatio prædicta, anno sequenti Visitoribus,
 qui tunc fuerint, ostendatur, quas ipsi Visitatores
 faciant cum omni diligentia obseruari, & puniā-
 tur, transgressores statutorum Ecclesiarum, quas
 Visitauerint, & ordinationes, quas fecerunt in
 eisdem ad generale Capitulum referentes. hoc
 adie.

adiecto quod fratres illos, qui voce sua culpis
exigentibus suis sunt priuati non recipiantur ad
testimonium seu accusationem contra aliquem,
donec super hoc cum ipsis misericorditer fue-
rit dispensatum secundum ordinis instituta. In-
hibetur expressè Visitatoribus Ordinis vniuer-
sis, ne ipsi emissos auctoritate Domini Præmon-
stratensis aut Capiculi generalis remittere; au-
deant aut præsumant, cum eorum reuocatio spe-
cialiter pertineat ad mittentem. Neque attempta-
re aliquid audeant, aut præsumant, quod eis
per patentes Domini Præmonstratensis aut Ca-
pituli literas non fuerit expressè commissum
& iniunctum, cum alias per indilcretas quo-
rundam Visitatorum remissiones dispensatio-
nes, concessiones, & indulta non parum ordinis
nostri confunditur Disciplina. Ipsi etiam Visi-
tatoribus districtius inhibetur, ne ipsi seu affesso-
res eorum, aut etiam Capellani, Abbatibus Ec-
clesiarum quas visitant, vel alijs quibuscunque
scedulas Inquisitionum ostendant, seu nomina
deponentium quoquomodo reuelent, transgres-
sores huiusmodi tanquam reuelatores secreto-
rum ordinis esse puniendos decernimus, saluis
his quæ per defensionem Abbatum per statuta or-
dinis sunt specialiter reseruata. Statutum est et-
iam quando Abbas Præmonstratensis Patres Ab-
bates seu Visitatores Ordinis descendunt ad a-
liquam Ecclesiam, seu Vircuriam Visitandam,
nullus Abbatum seu subditorum eis occur-
rat, nisi ad quos literæ mittentur Visitationis

H h 2

& ex-

& exceptis etiam illis, quos specialiter duxerint, aduocare. Ipsi autē Visitatores summo perē provideant, quantum in eis est, vt in domibus Visitatis pacē salua correctionis Disciplina relinquāt, & vt quæstiones nullatenus Capitulo generali, quas suo poterunt iudicio terminare, referuent. Denique correctis & emendatis, quæ correctione & emendatione digna cognouerunt, fratribus valedicturi ad Capitulum venientes, dicant. Confiteor cum toto conuentu, & postea subiungant: Misereatur & Indulgentiam, prout in fine Capituli generalis fieri solet. Porro Visitatores in domibus quas visitant, sine iusta causa moram nimiam non faciant, quod si per 4. dies ad breuius, vel per octo ad longius in Visitando durauerint, nisi euidentis necessitas aliud requirat non sunt de mora nimia vel festinatione redarguendi. Statutum est etiam & præceptum, vt Visitatores ordinis cum ad Ecclesias Visitandas accesserint, de quantitate prouentuum Ecclesiarum Parochialium diligenter inquirent, & assignata dictis Parochialibus præbyteris congrua portione secundum loci & patriæ exigentiam residuum prælati suis assignent in Ecclesiarum suarum commodum conuertendam. Quod si aliqui eorum corā aliquo iudice, qui non sit de Ordine, super hoc querimoniam deposuerint, aut quæstionem mouerint, sententiā excommunicationis incurrant. Statuitur etiam & similiter ordinatur, ne aliquis nostri ordinis prælatus, de cætero auctoritate paterna aliquas Ecclesias nostri ordinis Visitare præsumat, nisi illas, quæ auctoritati paternæ sibi

imme-

immediatè sint subiecta. Quod si quis secus face-
re præsumperit, sententiam excommunicatio-
nis incurrat auctoritate generalis Capituli.

CAPVT VII.

*De Visitationibus & inquisitionibus faciendis &
qualiter debet monere Prælatus
Capitulum.*

Ecclēsia Præmonstratēsis per tres primos Ab-
bates Landanensem, Floreffiensem, & Luif-
facensem annuatim visitetur secundum formam
priuilegiorum sedis Apostolicæ sibi & eidem Ec-
clesiæ indultorum. In alijs autem Ecclesijs cum
Patres Abbates vel annui Circatores ad ipsas Vi-
sitas accesserint, & in Capitulum venerint,
proponant tria fratribus obseruanda, ne scili-
cet ea, quæ digne correctæ fuerint, iterum coram
ipsis proponant, aut aliquid graue de Prælato nõ
dicant, de quo non fuerit præmonitus vel ante
præmonitus: est etiam nihilominus inhibendum
ne ipsum prælatum vel aliquem fratrem suum
accusent, præterquam de his, quæ post vltimam
Visitationem fuerint perpetrata, nisi proprio Iu-
ramento firmauerint, post vltimam visitationem
ad noticiam peruenisse. Caueat autem quilibet,
ne illa quæ cognouerit emendanda quasi ad ma-
ius scandalum, quod nequissimum est vsque ad
visitatoris aduentum differat & referuet. Sed o-
portunis temporibus, quæ contingunt, procla-
mentur & emendentur. Qui verò contra fece-
rit, per ipsos Visitatores, grauitè puniatur. Por-

*In Discipli-
na adhiben-
da modera-
tio & huma-
nitas to. 6.
Annalium.
fol. 376. ad
pud Baro-
nium.*